

Dedit tibi apicem res iudicii non fauoris. dignus pontifice amor
est quē censura conciliat. deuenustat institutoris genium qui
per solā gratiā uult placere. tu his eruditus et formatus
caeli benificus plus agendo plebem instituis quam loquendo.
Illa monita discipulorum conscientiam eruderant quae
prebentur exemplo. sine pudore inuitat ad innocentiā
qui illā ñ fuerit ipse sectatus. Te inter secreta penetraliū
quasi testem me tuunt qui peccare disponunt. Nascentib;
culpis metus et reuerentia tua negat effectum qui inter ex
ordiū occurrit uitiis et occasionē lapsus adimet et concupis
centiae purgat auctorē. haec beatitudini tuae quasi stricti
p linguae meae commendatione dedicaui. si p̄cibus tuis uitae
successus adriserit gestorū tuorū plena me relatione con
secrabo ut quae uniuersis nota sunt mansuris in posterum
litteris quatenus gaudeat aetas secutura seruentur finit.

EPITAFIUM SCI UICTORIS HOUARIENSIS EPI

Nomine proposito meritis certamine uictor.
Dispicis oppressas maculato semine terras.
Tu carnis uitiis possessor corporis expers
Lubrica subiectis damuisti saecula membris.
Tranquillus patiens corrector prouidus acer.
hic reddens tumulis cineres ad celsa uocatus.
Sp̄s aetheria con gaudet lucidus arce.
Busta super cilio miseratus cernit olympi.
Undetriumphati respectans funera mundi.
Cassibus exutis concedes praemia membris finit.

DE ROMANO QUODAM QUI MAGISTER UOLUIT ESSE.

Indix naturae studium tibi non uenit ullum.
Littera nulla colit brutae commercia linguae.
Numquam discipulus ualeas dicunde magister

DE ANNU QUADAM.

Algidus in uiuo moritur dum corpore sanguis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0229